



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Ventus quid fecerit in mari rubro siccando.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

imperio Dei. Nempe quod multis hominum exercitus facere non potuisset, ista Phalanges locustarum strenua peregrere militia. Operuerunt enim uniuersam superficiem terra. Quamobrem fessinus Pharao, tanquam ad deditioinem, vocauit Moysen & Aaron, duces tanti exercitus atque Primates Imperatoris Dei. Rogate, inquit, Dominum Deum vestrum, ut auferat morte hanc à me. Hoc velut deditioies dixit. Nonne magnus & excellens est Imperator, qui vento potest suos hostes difflare? vento milites aduehere? & tali milite victoriam obtine-re? Incredibile nonnullis videtur, militem alicubi cataphractum vento, in aëra, fuisse sublatum. Totos Dei exercitus, vento, de regione, in regionem, transfert, ut expugnet ventosos.

## VI.

Exod. 14. 21.

Quin ipsa quoque maria vento difflat, ut viam faciat transi-turis. Nam, cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit il-lud Dominus, flante vento vehementi & vrente, tota nocte, & verit in fiume: siue tunc ventus magno impetu incurrens, seu percurrentes scissas, per medium aquas extruderit, in utrumque latus; viamque vndis nudatur, in parietum morem utrinque, Angelica manu, re-tentis, siue virtute vrendi siccandique aquas absumperit; siue aquis Angelorum ministerio, in utrumque latus, muri instar, erectis, humidum, limosum & lutulentum fundum siccatur duntaxat. Quem ventum textus Hebraicus Orientalem vocat. Hebræi enim tunc iter, contra orientem faciebant, & contra mare rubrum, quod Ægypto est orientale. Igitur vento factum est, ut mare, sine nauibus, posset transiri; & vento, ubi mare non cedit, naues impelluntur: quæ, ut in omnes partes possent agi, variæ sunt ventorum stationes.

## VII.

Eugub. lib 7. perenn. Philosoph. ca. vlt.

Psal. 134. 7.

Matth. 8. 26.

Hæc, & plura eiusmodi ventorum commoda, Theologi, philosophi, &c, cum illis, Eugubinus, enarrant; ut proinde merito illi, inter Dei thesauros enumeretur, qui educens nubes ab extremo terra, fulgura in pluviam fecit: Qui producit ventos de thesauris suis: ad quorum motum, & caussam rimandam, multi accesserunt, ne-mo adhuc penitus peruenit. Solus Deus verus, (non Æolus aliquis, aut Neptunus,) eos habet in potestate; vel inde agnoscendus vi-ueire, ac spirare. Sicut, quando Christus surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, di-cente: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Hoc vento-

rum